



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

IX. De clericorum conuersatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

stituta. Et quia non est nobis de huiusmodi vsurpationibus negligendum, ne nos indignantis Domini vox iusta corripiat, qua dicit: *Videbas furem, & currebas cum eo, & ponebas tuam cum adulteris portionem*: quid ab vniuersis posthac ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus.

## IX.

Dist. 77.  
Quicumque  
itaque se.

Quicumque itaque se ecclesiæ vouit obsequiis a sua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiæ vsque ad <sup>tricesimum</sup> ætatis annum, si probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam virginem communi per sacerdotem benedictione perceperit, vxore contentus, acolythus & subdiaconus esse debet: post quæ ad diaconii gradum, si se ipse primitus, continentia præeunte, dignum probarit, accedat. Vbi, si vltra quinque annos laudabiliter ministrarit, congrue presbyteriũ consequatur. Exinde, post decennium, episcopalem cathedrã poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei eius fuerit approbata.

## X.

Qui vero iam atate grandæuus, melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim lectorum aut exorcistarum numero societur; si tamen eum vnam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum (si per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde iam accessu temporum, presbyterium vel episcopatum, si eum cleri ac plebis euocarit electio, non immerito sortietur.

## XI.

Dist. 84.  
Quisquis  
cle.

Quisquis sane clericus aut viduam, aut certe secundam coniugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudetur, laica sibi tantum communione concessa. Quam ita demum poterit possidere, si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

## XII.

Dist. 81.  
Feminas.

Feminas vero non alias esse patimur in domibus cleri-